

qui conscripsit libellum de exteriore et interiore homine secundum triplicem statum: incipientium, proficientium et perfectorum [vgl. Formula interioris hominis, cap. 10—15!] et brevem expositionem super regulam fratrum Minorum; is vitam scribitur duxisse innocentissimam. Hora obdormitionis eius revelata fuit fratri Bertholdo, Ratisbonae actu praedicanti, qui recommendans eum populo, hunc versum: „Qui pius, prudens, humilis, pudicus, sobrius, castus fuit et quietus, vita dum praesens vegetavit eius corporis artus“, in eius laudem recitavit.

2.

Ein Ablabsbrief von 1482.

Mitgeteilt

von

Otto Clemen in Zwickau.

Einblattdruck auf Papier in zehn Exemplaren auf den Einbandinnenseiten der Bände I, II, 8; I, V, 4; I, V, 7; I, V, 8; I, XIV, 27 der Zwickauer Ratsschulbibliothek. Fehlerhaft abgedruckt bei Tobias Schmidt, Chronic Cygnei pars posterior (1656), p. 232 (vgl. Herzog, Chronik der Kreisstadt Zwickau II, 142). Dasselbe Formular liegt vor in dem von Joh. Nixstein am 21. April 1482 Herzog Wilhelm zu Sachsen und dessen Gemahlin Katharina ausgestellten Ablabsbrief in Kappens Kleiner Nachlese etc. zur Erläuterung der Reformationsgeschichte III, 73.

Pateat vniuersis presentes litteras inspecturis qualiter Deut . . . ad opus sancte cruciate contra impiissimos Thurcos crucis xp̄i et fidei xp̄iane inimicos per sanctissimum dominum nostrum dominum Sixtum divina prouidentia papam quartum ordinatum debitam fec . . . contributionem. Qua propter auctoritate prefati domini nostri pape potestatem habet eligendi confessorem presbiterum sibi ydoneum religiosum vel secularem qui audit diligenter e . . . confessione absolvere e . . . possit auctoritate premissa ab omnibus commissis per e . . . excessibus et peccatis quibuslibet quantumcunque enormibus etiam si talia forent prop-

ter que sedes apostolica esset merito consulenda. Et a censuris et penis ac excommunicationibus omnibus a iure vel per statuta quecunque promulgatis et sedi apostolice reseruatis semel dumtaxat A non reservatis vero eidem sedi tociens quociens id pecie . . . ac semel in vita et in mortis articulo plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem impendere. Non obstantibus quibuscumque reseruationibus a praefato pontifice vel eius praedecessoribus factis prout in bulla data M.cccc.lxxx. pridie nonas decembris plenius continetur. In cuius rei fidem et testimonium Ego frater Johannes Nixstein ordinis minorum fratrum de obseruantia vulgariter Nuncupatorum in hoc cruciate negotio auctoritate apostolica subcommissarius presentes litteras fieri feci et sigillo quo in talibus vtor iussi appressione muniri. Datum anno incarnationis domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo. Die vero . . . Mensis . . .

Forma absolutionis.

Misereatur tui etc. Dominus noster ihūs xp̄s per suam piissimam misericordiam te absoluat et ego auctoritate eius et beatorum Petri et pauli apostolorum ac sanctissimi domini nostri pape michi commissa et tibi concessa te absoluo a vinculo excommunicationis si incidisti et restitu te sacramentis ecclesie ac vnioni et participationi fidelium. Et eadem auctoritate te absoluo ab omnibus et singulis criminibus delictis et peccatis tuis quantumcumque grauibus et enormibus etiam si talia forent propter que sedes apostolica merito consulenda foret. Ac de ipsis eadem auctoritate tibi plenariam indulgentiam et remissionem confero. In nomine. p. et filii.

Item in mortis articulo adiungenda est hec clausula. Si tamen ab ista egritudine non decesseris plenariam remissionem et indulgentiam tibi eadem auctoritate in mortis articulo conferendam reseruo.